



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 Vtrum remaneat charitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

per ecclesiam est in clementia ad nostrum, de hereticis ubi inter errores datur, quod anima non indigeat lumine gloriae eleuante ipsam ad uisendum Deum, & eo beate fruendum: propter quod in littera dicitur, quod imperfectio luminis fidei, quod est ipse habitus fidei, & perfectio luminis gloriae opponuntur, sicut claritas aeris, & obcuritas eius.

D. 107.

Scito secundo, quod licet actus non directe opponatur habitui in acquisitis, quamuis habitibus, differenter tamen habet ad corruptionem, quasi per modum sequela habitus in sui & acquisiti: quia acquisiti ex uno actu contrario non corrumpuntur, ut patet, in fusi autem corrumpuntur ex uno actu contrario fieri enim habitus non remanet in eo qui uno actu negat Trinitatem. Scito tertio, quod licet habitui directe non opponatur positum nisi forma habitualis eodem subiecto, potest tamen sine tali opposita forma subiectum disponi statu impossibili tali habitui, definit namque forma non solum per successione contraria, sed per subtractionem eorum quibus conferuatur, ut patet de lumine, ex quibus habere potes, quod fidei habitus euacuatur in patria ex successione oppositae formae luminis gloriae per modum habitus: quod dico propter lumen gloriae per modum passionis in rapto Pauli ut patet in 2. 2. q. 175. art. 3. Nec obstat obiectio Durandi, q. 2. 3. dicitur sententia licet, Quae possunt simul perstant esse, possunt simul esse absolute: quae impossibilitatem non impedit longuando temporis, sed natura oppositionis. Dicitur enim ad hoc, quod impossibile conlurgit ex natura oppositionis: sed oppositio aliquarum specierum non est in actu exercito, nisi in statu earum completo, ut patet in uiro mansueti peccante ex passione seu dispositione modica irae, in hoc enim simul stant habitus mansuetudinis, & non solum actus irae, sed habitus irae inchoatus, qui nihil aliud est, quam ipsa ira per modum passionis. Sic enim proportionaliter & eadem ratione fuit in Paulo de habitu fidei, & lumine gloriae: propter imperfectum enim modum essendi, oppositio quae est inter huiusmodi formas, exerceri non potuit impedita ab essendi modi perfectione, & ex efficacia oppositi actus. Videre Deum non per modum transeuntis, & ex impossibili statu suppositi. Est enim beatus in tali statu, cui repugnat huiusmodi imperfectio habitualis: spei autem habitus euacuatur & ex efficacia oppositi actus, scilicet habere Deum, & ex impossibili statu supposito, non enim est in statu immobilis, omnino quietis, cui repugnat imperfectio habitualis mobilis, est enim huiusmodi mutatio status, subtractio quaedam subiecti ipsius habitus. Sicut enim habitus non generatur nisi in subiecto, dispositio, ita nec conferuatur subtracta illa dispositione a subiecto: & hoc hic contingit. Intellectus enim immobilis ad credendum, & uoluntas immobilis ad sperandum non nunc, sed simpliciter, sicut nunquam suscipiunt fidei, aut spei habitum, ita nec conferuatur. Ex opposito autem forma habitualis non in

eadem subiecto id est uoluntate, sed in eius causa. Intellectus concluditur lumine, scilicet gloriae ita quod lumen gloriae per modum habitus, id est immobiliter habitum, est forma habitualis opposita habitui fidei, & spei, sed fidei formaliter, spei virtualiter: & hoc sufficit ad successione formae impossibilis. Et haec uelima uerba sola sufficienter hac ueritate: relinqua sint ad perfectionem. Et per hoc patet responsio ad Scotum, & deationem ueritatis. Auctor autem uerba non dissonantiam in resolutione ad secundum ueritatem absolute dicit, quod scilicet est oppositio facta in impossibilitate.

In responsione uero ad tertium, ad argumentum respondit, quod non est simile in parte de fide, & de liberalitate in parte iacturam, quia etiam potest autem, hic actus tantum & propterea sequitur conditionalis aliter ueritatis, quod infra remaneret, si remaneret: hanc enim intendebat, exprimit solum ipsas consequens.

In responsione ad secundum eundem articulum, nota, quod habes lumen gloriae esse subiectum in intellectu, dum dicitur in littera, quod imperfectio fidei, & perfectio gloriae opponuntur, & respiciunt idem subiectum. Contra enim ex argumentum quod de lumine gloriae, & lumine gloriae loquitur, & necesse est propter distinctiorem illam, an sit in sententia anime luminis gloriae, an in intellectu.

In responsione ad tertium eundem articulum, nota diligenter, quod ubi dicitur, quod obiectum fidei est non nihil, uel non apparet, & intelligitur non de obiecto ex parte rei, sed ex parte nostrae, quod non uisum non est ratio formalis, nec conditio obiecti fidei ex parte obiecti, sed redundat in obiectum ex parte credentis, & denominat obiectum denominatione extranea, immo pro ex conditione credentis. Tam enim dictum est, quod imperfectio fidei est ex parte subiecti, & non obiecti: immo ex parte obiecti ex cellu sciantur ut in articulo 3. in responsione ad primum littera dicit, quia habet pro obiecto. Dum, sicut cetera uirtutes theologice, & propterea quando inuenies obiectum fidei dicitur ex parte nostri, id est, secundum id quod habet ex parte credentis non secundum se, & non errabis.

ARTICULVS VI.

Utrum remaneat charitas post hanc uitam in gloria.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod charitas non maneat post hanc uitam in gloria: quia ut dicitur primae ad Corinthios. 13. Cum uenerit, quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est, id est, quod est imperfectum: sed charitas uia est imperfecta, ergo euacuabitur.

tae hic quam alibi inuenies, quod obiectum fidei est non nihil, uel non apparet, & intelligitur non de obiecto ex parte rei, sed ex parte nostrae, quod non uisum non est ratio formalis, nec conditio obiecti fidei ex parte obiecti, sed redundat in obiectum ex parte credentis, & denominat obiectum denominatione extranea, immo pro ex conditione credentis. Tam enim dictum est, quod imperfectio fidei est ex parte subiecti, & non obiecti: immo ex parte obiecti ex cellu sciantur ut in articulo 3. in responsione ad primum littera dicit, quia habet pro obiecto. Dum, sicut cetera uirtutes theologice, & propterea quando inuenies obiectum fidei dicitur ex parte nostri, id est, secundum id quod habet ex parte credentis non secundum se, & non errabis.

Super Quaestione 67. Articulum sextum.

In articulo 6. eiusdem 67. quaest. in responsione ad secundum dicitur, quod ubi negatur charitatis obiectum esse Deum cognitum, & dicitur esse ipsum Deum absolute, non quod possit dici cognitus: sed quia cognitio tenet se respectu istius habitus, qui est charitas, non ex parte obiecti, sed subiecti. Si enim tenet se respectu obiecti, cum alterius rationis sit cognitio uia, & charitas esset alterius speciei: & quia imperfecta uel perfecta cognitio tenet se ex parte subiecti, per accidens se habet ad obiectum.

ritatem: ideo chari-
tatem cum utraq; fiat,
& ex neutris dese-
cti euacuatur. non
sic autem est de im-
perfectiōe ex parte
subiecti respectu fi-
dei: & spei quoniam
p se ad illas p̄inet,
ut patet ex dictis.
In eisdem arti. res-
pon̄sione ad tertiu,
nota duo, primo q̄
charitas uia nunquam
potest peruenire ad
equalitatem chari-
tatis patrie: & cōle-
quēter maximus uia-
tor nunquam in hac
uia habet charitatē
equalē minimo bea-
torum, quem tamen
in patria excedit in
charitate multū. Se-
cundo, quod causa
huius est, quia uisio
est quae causa amo-
ris: & hanc causam
tu ponderabis in 2.
q. 4. artic. 7. Nunc
autem praebato, q̄
quantitas charitatis
est duplex. Ex parte
subiecti, & ex parte
obiecti, & sunt al-
terius rationis ad in-
uicē, & illa quae na-
scitur ex uisione, ex
parte subiecti se ten-
net: illa uero quae ex
natura obiecti, ex
parte ipsius obiecti
se tenet: & hinc pro-
uenit quod quanti-
tate crescat: hic
charitas, nunquam
erit equalis illi qua-
te duabus quantita-
tibus discretarum ra-
tionum: sicut quanti-
tatem; creatur li-
nea, nunquam erit
equalis superficiēi,
sed quoniam inferius
ex p̄posito materia
hac tractanda est in
loco allegato, trālea
mus.

Super Quaestione 68.
Articulum primum.

IN artic. q. 68. da-
bim occurrit de
distinctione donorum
a uirtutibus. Scotus
in 3. tenet dist. 34. im-
pugnans conclusionē,
& eius rationem. uo-
dens, sine assertionē
tamen, dona non esse
alios habitus, quā
habitus uirtutum. Et
contra cōclusionem
quidem arguit. Quia
illi habitus tantum
ponendi sunt in uia-
tore, quibus perficitur
circa omne obie-
ctum quo perfici po-
test in uia: tales autem
sunt sola uirtutes
theologicę, stellę
ciuales, & morales.

adueniente perfectione gloriae.
¶ 2 Præter. Habitus, & actus distin-
guuntur secundum obiecta: sed
obiectum amoris est bonum apprehen-
sum. cum ergo alia sit apprehen-
sio futuræ uitæ, & alia apprehen-
sio futuræ uitæ, uidetur quod non
maneat eadem charitas utrobique.
¶ 3 Præter. Eorum quæ sunt unius
rationis, imperfectum potest ueni-
re ad æqualitatem perfectionis per
cōmuniū augmentum: sed chari-
tatis uia nunquam potest perue-
nire ad æqualitatem charitatis patriæ,
quantumcunque augeatur, ergo uidetur quod charitas uia
non remaneat in patria.

SED CONTRA est, quod Apo-
stolus dicit I. ad Corinth. 13. Cha-
ritas nunquam excidit.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut su-
pra dictum est, * quando imperfectio
alicuius rei non est de ratione
speciei ipsius, nihil prohibet idem
numero quod prius fuit imperfe-
ctum, postea perfectum esse: sicut
homo per augmentum perficitur,
& albedo per intensionem. Charitas
autem est amor, de cuius ratione
non est aliqua imperfectio: potest
enim esse, & habitus, & non habitus,
& uisus & non uisus, unde charitas non
euacuatur p̄ glorię perfectionē,
sed eadem numero manet.

AD PRIMVM ergo dicendum,
q̄ imperfectio charitatis per acci-
dens se habet ad ipsam, quia non
est de ratione amoris imperfectio:
remoto autem eo, quod est
per accidens, nihilominus remanet
substantia rei: unde euacuata
imperfectio charitatis, non
euacuatur ipsa charitas.

AD SECUNDVM dicendum, q̄
charitas non habet pro obiecto
ipsam cognitionem: sic enim non
esset eadem in uia, & in patria:
sed habet pro obiecto ipsam rem
cognitam, quæ est eadem scilicet
ipsum Deum.

AD TERTIUM dicendum, quod
charitas uia per augmentum non
potest peruenire ad æqualitatem
charitatis patriæ propter differen-
tiam, quæ est ex parte causæ: uisio
enim est quædam causa amoris,
ut dicitur in 9. Eth. * Deus autem
quanto perfectus cognoscitur,
tanto perfectius amatur.

QVAESTIO LXVIII.
De donis, in octo articulos diuisa.

CONSEQUENTER consi-
derandum est de do-
nis.

- A ET CIRCA hoc queritur octo.
- ¶ Primò, Vtrum dona differant,
à uirtutibus.
- ¶ Secundò, De necessitate dono-
rum.
- ¶ Tertio, Vtrum dona sint habitus.
- ¶ Quarto, Quæ, & quot sint.
- ¶ Quintò, Vtrum dona sint con-
nexa.
- ¶ Sextò, Vtrum maneat in patria.
- ¶ Septimò, De cōparatione eor-
um adinuicem.
- ¶ Octauò, De cōparatione eor-
um ad uirtutes.

ARTICVLVS PRIMVS.
Vtrum dona differant a uirtutibus.

AD PRIMVM sic proceditur. Vi-
detur, quod dona non distin-
guantur a uirtutibus. Dicit enim
Gre. in 1. Moral. * exponens illud
Iob: Nati sunt ei septem filii. Sep-
tem nobis nobis nascuntur filii, cum p
conceptionem bonæ cogitatio-
nis, Sancti spiritus septem in no-
bis uirtutes oriuntur. Et inducit il-
lud quod habetur Isa. 11. Requies-
cet super eum spiritus intellectus, &c.
ubi enumerantur septem Spiritus
sancti dona. ergo septem dona Spi-
ritus sancti sunt uirtutes.

¶ 2 Præter. Aug. dicit in li. * de qua-
stionib. Euangelii, exponens illud
quod habetur Mat. 12. Tunc uadit, &
assumit septem alios spiritus, &c.
Septem uita sunt cōtraria septem
uirtutibus Spiritus sancti, id est,
septem donis: sunt autem septem
uita cōtraria uirtutibus cōiter di-
ctis: ergo dona non distinguuntur
a uirtutibus cōmunitè dictis.

¶ 3 Præter. Quorum est definitio ea-
dem, ipsa quoque sunt eadem: sed
definitio uirtutis cōuenit donis:
vnumquodque. n. donum est bo-
na qualitas mētis qua recte ui-
uitur, &c. Similiter definitio doni
conuenit uirtutibus infusis: est. n.
donum datio irredibilis secundum
Philosophum. ergo uirtutes, &
dona non distinguuntur.

¶ 4 Præter. Plures eorum quæ nu-
merantur inter dona, sunt uirtu-
tes. nā sicut supra dictum est, * sa-
pientia, & intellectus, & scientia,
sunt uirtutes intellectuales: consi-
liū autem ad prudētiam pertinet;
pietas autem species est iustitiæ;
fortitudo autem quædam uirtus est
moralis. ergo uidetur quod dona
& uirtutes non distinguantur.

SED CONTRA est, quod Grego-
rius in 1. Moral. * distinguit septem
dona, quas dicit significari p̄ septem
filios Iob, a tribus uirtutibus theo-

ergo præter istos non
sunt alii habitus ne-
cessarii in uia.

¶ Contra rationem
vero tripliciter. Pri-
mo, quia falsum sup-
ponitur, scilicet quod ra-
tio moueat uolunta-
tem, ita quod uirtus
non sit nisi dispositio
mobilis in uolunta-
te. Secundo, quia dis-
tinctio beatitudinū
a donis & uirtutibus
non est sic. Tertio,
quia per idē aliquid
est proportionatum
moueri primo, & se-
cundo, ac per hoc si
per habitum uirtu-
tis proportionatur po-
tentia sibi ipsi, p̄ eun-
dem sufficēter pro-
portionatur Spiritui
sancto, & consequē-
ter non oportet po-
nere alios habitus p̄
motionem a Spiritu
sancto, ut auctor as-
sumit. Assumptū ma-
nifestat, quia ex quo
Deus dedit habitum
uoluntati, semper as-
sistit uoluntati, & ha-
bitus ad actus sibi cō-
uenientes: sicut ex
quo miraculose illu-
minauit cæcum, sem-
per assistit illumina-
to, ut possit mouere
illam potētiam. Sed
hæc facile soluitur,
si dicta auctoris in li-
tera perspiciantur.

¶ Ad primam autem
rationem quam fece-
rat S. Th. in artic. 1.
hoc modo rōdetur, q̄
Maior est dimini-
ta oportet nanque dice-
re, circa omne obie-
ctum, & omnimodo.
Licet enim dona non
sint circa alia obie-
cta, sunt tamen alio
modo circa illa, quia
sunt circa illa, ut
actus oriuntur ex in-
finitu Spiritus sancti.

¶ Ad primam autem
contra rationem di-
citur, q̄ uerissimum
est rationem mouere
uoluntatem ex parte
obiecti regulando
ac præcipiendo, ut pa-
tet ex supradictis:
uirtutesque non om-
nes, sed morales eē
dispositiones appeti-
tus ut mobilis a ra-
tione: quoniam sunt
in eo, ut rationalis ē
per participationē,
appetitus autem non
est pure mobilis, sed
motum mouens, ut
dicitur in 3. de ani-
ma, & propterea non
est fidelis interpreta-
tio, nisi ad bonū sen-
sum, dicere. Virtutes
non esse nisi disposi-
tiones mobiles. Ete-
nim

Cap. 28. cir-
ca princip.

Li. 1. c. & q.
7. circa me-
dium. to. 4.

q. 57. art. 1.
& 2. ad 1.

Cap. 28.